

ad latentes cœlestium siderū operatio-
nes confugere. Quamuis Galenus mo-
dum operationis illorum mōstraturus
aliquē, effluere dicat ab appensis amu-
letis vaporem, $\Delta\pi\delta\pi\sigma\alpha\mu$, persanandis cę-
gritudinibus efficacem. Melanthium,
s.simpl. cùm sit tenuium partium, catharros ait,
assiduo olfactu sanare, si calidum linteo
admoveatur. Iaspidis viridis, quē Sma-
s.simpl. ragdum alij vocāt, ipse fecit periculum:
torque ex eius lapillis à collo suspenso,
vt os ventriculi, quod adiuuarent, con-
tingeret. Quid alijs tribuat abundē te-
statur nonus liber Simpliciū remedio-
rum, vbi inter cetera lapides ostēdit vi-
res obtinere, partim secundum totius
substantię proprietatem, partim secun-
dum qualitates effectrices. In his, & vtē-
di rationem & methodum inesse: ab il-
lis verò methodum & rationē omnem
abesse, vt qui per solam noscantur expe-
rientiam. Nam cur hic lapis sanguinem
contacti vulneris reprimat, haud sciri.
Cur autem Hēmatites oculis indatur,
non ignorari: quandoquidem in ocula-
ria cote cum aqua tritus, adstringētem
facultatem, quæ phlegmones repercu-
tit,

*Lapidum
occulta &
aperta vi-
res.*